

rerum physicarum constitutiva secundum esse quoddam earum incompletum. Qui quidem motus ab eo dividitur secundum praedicamenta, ut localis motus sit ad esse in loco determinato, alteratio sit ad esse secundum qualitatem determinatam, et augmentatio vel diminutio sit ad esse secundum quantitatem determinatam. Quibus in exemplis inter se commiscuntur elementum explicativum (esse incompletum) et elementum descriptiva (ubi, quale, quantum). At haec commixtio aufertur si a praed^{ca}imentis praescinditur, v. g., si de oculo in foetu quaeritur quid sit, respondendum est non quod organum visus sit cum foetus non videre non potest possit, sed quod esse incompletum organi visivi est seu motus stricte dictus ad organum visus.

Quarto, quo plures sunt definitiones divisionesque commixtae, eo difficilius est finem scientiae ultimum clare atque distincte concipere atque systematice in hunc finem proficere. Iam vero psychologia aristotelica fere tota est cognitio per causas, cum ipsa anima sit forma, obiecta autem sunt vel moventia vel fines, et triplex ubique viget divisio inter ¹⁾ potentiam, ²⁾ formam seu ³⁾ habitum seu actum primum, et operationem seu actum secundum. At in physica aristotelica adeo commiscuntur causae et praedicamenta, imo et logica de contrariis argumentatio, ut ommissio elementorum descriptivorum esset mutatio essentialis. ~~Quandammodo~~ Quamobrem, longe alia erat situatio scholastica et mediaevalis, ubi ~~nam~~ physica aristotelica ~~nam~~ aestimabatur tamquam unica vere scientifica, ^{ac} ~~ex~~ situatio scholastica contemporanea, ubi ~~pp~~ physica aristotelica derelinquitur et physica moderna

Quibus perspectis, elucet ex duabus causis intrinsecis quas initio posuit Aristoteles materiam, nempe, et formam, evolutas esse septem: in linea enim substantiali distinguuntur materia, forma, et esse; et in linea accidentali distinguuntur potentia (ad modum intellectus possibilis), motus stricte dictus, formam, et motum late dictum seu operationem immanentem.

Ulterius, evoluta causarum divisione, etiam evolvitur ~~divisio~~ divisio rerum secundum causas; et ideo ubi Aristoteles inter res materiales et substantias separatas distinxit, Aquinas posuit divisionem tripartitam, nempe, ipsum esse seu actum purum in quo essentia est esse, formae separatae quae non sunt suum esse, et res materiales ex materia et forma et esse compositas.

Denique tandem neque illud praetermittere oportet quod progressus eiusmodi ex definitione rerumque divisione descriptiva in explicativam ~~nonnampennam~~ interdum per aequivocum eiusdem nominis usum latet. Querenti enim quid sit substantia, aliter respondetur secundum praedicamenta, et aliter secundum analysin causalem. Nam qui secundum praedicamenta respondet, distinguit substantiam primam et secundam, et has per exempla declarat; substantia enim secunda est universalis, sicut homo vel bos; substantia autem prima est particularis, sicut hic homo vel hic bos. Qui autem secundum analysin causalem respondet, substantiam dicit esse in materialibus quod ex materia et forma componitur et a suo esse distinguitur, in angelis autem quod sola forma constituitur et a suo esse distinguitur, in Deo denique quod sola forma constituitur sed cum esse suo identificatur.

Praedicamenta et transcendentalia.

Quae cum ita sint, ad problema fundamentale acceditur.

Nam inquantum praedicamenta sufficientem rerum descriptionem exhibent, subsequens evolutio scientifica nullo modo ea mutat vel modificat. Nam haec evolutio est in causis discernendis; et melior causarum cognitio modificat, non descriptiones quae a causis praescindant, sed definitiones essentielles quae in causis fundentur.

Deinde, inquantum praedicamenta mere descriptiva sunt, ex ipsa earum ratione et natura sunt ^{quaedammodo} transcendenda atque derelinquenda. Finis enim scientiae non est cognitio secundum ea quae exterius appareant vel cognitio secundum definitiones mere nominales sed est certa per causas cognitivo.

Tertio, inquantum scientia quaedam quasi in medio itinere versatur, ut multae causae cognoscantur quin inter omnes constet de definitione atque ^{divisione} ~~definitione~~ rerum secundum earum causas, exurgere solent definitiones quae partim descriptivae et partim explicativae sunt.

E.g., forma est quaedam causa, et formae in substantiales et accidentales dividiuntur; quod si adiectiva, nempe, substantiale, accidentale, definiuntur recurrendo ad praedicamenta, divisio causae fit per elementa descriptiva; sin autem substantiale et accidentale definiuntur quin praedicamenta vel explicite vel implicite nominentur, v. g., tamquam ea quibus competit esse per se vel in alio, divisio causae fit per elementa explicativa.

Iterum, ut aliud exemplum adducatur, motus stricte dictus ab Aristotele concipitur tamquam causa quaedam

enim deest dualitas, et sine dualitate non quaeritur, cur. Eatenus enim reducitur quid in cur, quatenus pro eclipsi dicitur lunae obscuratio, et pro circulo dicitur figura perfecte rotunda. Quod problema ~~nam~~ acutissime solvit Aristoteles [Met. Z, 17, 1041a 32 ss.]. Perspexit enim omnes res materiales et sensibiles significari posse per demonstrativum, hoc, ut quaestiones, quid sit domus, quid sit homo, ~~in~~ reducantur in quaestiones, cur haec sit domus, cur hic sit homo.

Ubi tamen latet ambiguitas quaedam, cum hoc sive materiam sive suppositum significare possit. Et ideo quia quaestio est ambigua, duplex requiritur respnsum.^o Si enim hoc materiam dicit, causa cur haec sit domus est ~~nam~~ est forma domus, et causa cur hic sit homo est forma hominis seu anima. Sin autem hoc dicit suppositum, causa cur haec sit domus est domus essentia seu quidditas, et causa cur hic sit homo est hominis essentia seu quidditas.

~~in~~ in VIII in Meta phys ~~et~~ et

Sicut enim materia per formam, ita suppositum per essentiam ad rem specificè determinatam adducitur.

Quae omnia minime intellexeris, si tantummodo subtiliter et ingeniose dicta ~~nam~~ arbitraris. Nam prima intellectus operatio est intelligendi actus quo intelligibile in phantasmate ~~p~~ inspicimus et inspectum per definitionem seu verbum incomplexum dicimus. Et quia nihil prorsus hac in vita intelligimus nisi per conversionem intellectus ad phantasma, ideo ad actum intelligendi producendum avertenda est attentio a nomine vel conceptu eclipsis ad lunam sic obscuratam, a ~~nam~~ nomine vel conceptu circuli

Utrum relationes convenienter dividantur in praedica-
mentales et transcendentales.

Praenotamen.

Ad intelligentiam huius quaestionis praemittendum est et diversa esse stadia evolutionis scientificae et diversis in statiis^d diversas fieri rerum definitiones atque divisiones.

Cum enim scientia sit certa rerum per causas cognitio, aliud sane est stadium initiale cum causae penitus ignorentur, aliud est stadium ultimum in quo causae omnes sciuntur, alia denique et multa sunt stadia intermedia in quibus causarum cognitio pedetentim acquiratur.

~~Quare, cum definitiones cognitionem~~

Quare, cum definitiones cognitionem ~~admodum~~ exprimant, et divisiones secundum definitiones fiant, pariter distinguendum est inter definitiones initiales, intermedias, et ultimas et inter divisiones initiales, intermedias, et ultimas. In definitione enim initiali, cum causae ignorentur, nihil poni potest nisi vel quod exterius appareat vel quod mere nominale sit. In definitione autem finali

Quinto, tanta est perfectio in secundum unitatem
ordinis in divinis relationibus simul sumptis, quanta maior
cogitari nequit.

Nam in primis eo perfectior est unitas ordinis, quo
perfectiora sunt illa multa quae per unitatem ordinis
perficiuntur. At in ~~mundanis~~ rebus creatis omnis multi-
tudo imperfectionem importat, cum res non multiplicentur
nisi per potentiam materiae vel saltem per potentiam
vel per potentiam materiae ad plures formas recipiendas
vel per potentiam diversarum essentialium ad esse diversimodis
limitandam vel
importat, cum potentia sit limitationis principium et
res creatae multiplicentur vel potentiam materiae ad
formam vel per potentiam essentialium ad esse vel per potentiam
accidentalem quae diversos actus admittit secundum diversitatem
obiectorum. In divinis autem omnis ~~ex~~ excluditur potentia
ab actu puro

Primo, maior perfectio cogitari nequit secundum ipsum ordinem. Ordo enim quo multa unum sunt intelligibilitas quaedam est et, sicut dupliciter dicitur intelligibile, ita etiam dupliciter ordo dicitur. Nam primo modo intelligibile est potentia et in materialibus invenitur non quasi intelligerent sed quia intelliguntur; alio autem modo intelligibile est actu et in solis spiritualibus atque intellectualibus invenitur, non sane ex parte obiecti quod intelligitur vel dicitur vel eligitur, sed tantummodo ex parte subiecti quod intelligit, dicit, eligit. Proinde, cum unumquodque per potentiam limitatur et per actum perficitur, longe perfectius est intelligibile actu quam intelligibile potentia; et ideo longe perfectior est ordinis unitas quae in ipsis spiritualibus ordinationibus dicentis et verbi et amoris invenitur quam aliae ordinis unitates quam ipse intellectus quia intelligit in se intellectualiter et rationaliter et moraliter facit, quam quaelibet alia ordinis unitas quae tantummodo ex parte obiecti intellecti invenitur.

illustrent, non ante habentur quam singulae scientiae de
facto ~~prorsus~~ evolvantur et aliquatenus saltem perficiuntur.

V. g., communiter repetitur definitionem esse per genus
et differentiam, sed communiter non distinguitur utrum "genus"
et "differentia" cognoscantur secundum nomina rerum, an
secundum exterius apparentia, an secundum causas. Et ideo
quia praedicamenta dicunt decem genera entis, non statim
concludendum est Aristotelem ultimas rerum causas in parvulo
quodam atque prorsus initiali opere logico invenisse.